

Alterum de Magis Dominū adoranti-  
bus. Vbi quomodo à nobis sint imitan-  
di, & quod munera quæ obtulerunt sint  
fidei Christianæ typus & figura, osten-  
ditur. *Tom. 10. serm. 29. de Tempore fol. 135.  
col. 3.*

Item eiusdem sermo secundus histo-  
riam euangelicam describens, multis  
documentis refertus, in quo hortatur  
fideles ad vocationis suæ consideratio-  
nem. *Tom. 10. serm. 30. de Temp. fol. 136.  
col. 1.*

Item eiusdem sermo tertius, varijs  
conceptibus plenus, de stella, quæ Ma-  
gis apparuit: & de vocatione gentium  
ad fidem, Iudæis relictis. *Tom. 10. serm.  
31. de temp. fol. 136. col. 3. & 4.*

Item eiusdem sermo quartus in quo  
loquitur de victoria Regis nostri Chri-  
sti, qui adhuc puer & in cunabulis re-  
clinatus, triumphat de regno diaboli,  
in Magorum & Gentilium hodierna  
conuersione; & ad propositum explicat  
illud. *Isai. 8. Ante quam scia: puer vocare  
patrem suum & matrem suam; auferetur for-  
titudo Damasti, & spolia Samarie, coram re-  
ge Assyriorum.* Deinde quædam affert  
ad cæcitatē Iudæorum appetē de-  
monstrandam. *Tom. 10. serm. 32. de Temp.  
fol. 136. col. 4. & sequentibus.*

Item eiusdem sermo quintus, in quo  
ostendit. I. Quomodo Diuinitas agno-  
scenda sit per Christi humanitatem. II.  
quod infantia Saluatoris sit vera de-  
claratio Deitatis III. quo signo scire  
possumus an in nobis habitet Deus; (ista  
autem agnitio, declaratio, & notitia,  
huic solemnitati cōgruunt quippè quæ  
dicitur Theophania, Epiphania & Ma-  
nifestatio.) *Tom. 10. serm. 33. de temp. fol.  
137. col. 2. 3.*

Item eiusdem sermo sextus, docens.  
I. Christum esse lapidem angularem,  
qui hodie facit vtraque vnū, videli-  
cēt, Iudæum & Gentilem vnicatē fidei  
adunatos. II. Iudæos cæcitate percul-  
sos, qui Gentibus locum Christi nati  
designantes, ire cum ipsis neglexerunt,  
& turbaticum Herode in ciuitate im-  
mobiles remanserunt. III. Denique  
Astrologos iudicarios execrandos, qui  
sub decreto stellarum Christum & alios

A homines esse natos asseuerare non eru-  
bescunt. *Tom. 10. serm. 34. de Temp. fol.  
137. col. 3. & 4.*

Item eiusdem sermo septimus, de  
duobus parietibus Iudæorum & Gen-  
tilium Ecclesiam ædificantibus in lapi-  
de angulari, Christo Domino, condi-  
tis & adunatis; tum de vocatione Gen-  
tium ad Christum & firmā fide ac de-  
uotione Magorum puerum Iesum in  
cunabulis viliissimis positum, adorantiū:  
tum etiam de Hero de vanē turbato, &  
miranda stultitia Iudæorum. *Tom. 10.  
serm. 35. de Temp. fol. 138. col. 1. & 2.*

Item eiusdem sermo, alius, in quo I.  
loquitur de reuelatione externa per  
stellam, & interna per inspirationem  
quas Magi habuerunt, vt ab Oriente  
adorare venireat Dominum. II. docet  
stellam biennio illis apparuisse ante  
Christi natiuitatem. III. explicat my-  
sticè istud biennium de duplici dile-  
ctionis præcepto, de duobus testamen-  
tis, de duplici Christi aduentu, & de  
duplici genesi nostra, vna per naturam,  
altera per fidē. *Tom. 10. in fine immediatē post  
serm. ad fratres in eremo, fol. 136. col. 2. & 3.*

S. BERNARDI sermo primus multa  
habet quæ non ita huic solemnitati  
conueniunt quam circumeihsioni Do-  
mipi: quæ autem præsentī festiuitati  
congruunt, tres sunt apparitiones ho-  
dierna die, licet non eodem anno, factæ,  
de quibus tractat in hoc sermone. I.  
apparitio per stellam. II. per colum-  
bam & Patris vocem in baptismo. III.  
per aquam in vinum conuersam; in  
prima, homo verus innotuit, in secun-  
da, verus Dei filius apparuit, in tertia,  
verus Deus visus est. *ser. 1 col. 75. 76. 77.*

Item eiusdem sermo secundus de  
Magis, qui in duas partes diuiditur. I.  
demonstrat Christum esse Regem. II.  
diademate coronatam illum ostendit,  
& exponit illud. *Cant. Egredimini filie Sion  
& videte Regem Salomonem in diademate quo  
coronauit eum mater sua. ser. 2. col. 77. 78.*

Eiusdem sermo tertius de tribus ap-  
paritionibus hodiernis, præcipuè au-  
tem de prima Regibus Magis facta; Vbi  
euangelium exponitur, ratio huius so-  
lennitatis redditur, intellectus eruditur  
voluntas